



Antiquae Lectionis Tomus ...

Bipartitus, In Quo L. Vetera Monumenta, Nunquam Visa, Pauculis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

31. Sermo S. Galli Confessoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

SERMO

S. GALLI
CONFESSORIS,

Dictus

CONSTANTIE

in templo S. Stephani.

IN CONSECRATIONE IOANNIS EPI-

scopi Constantiensis.

*Nunc primum ex m. f. S. Galli
editus.*

1 2

VVA-



WALAFRIDVS STRABV
lib. 1. de vita S. Galli Confesso-
ris. Cap. 24.

HOC LIBRVS
EST
S. I. V.
27

Remissis ex more diuinae libationis in illis
quo Ioannes Constantia consecratus est Episcopus
lectionem Euangelii rogauerunt venerabiles
Gallum, ut multitudini, quae aderat, verbi officio sacrae
structionis pabulum ministraret. Qui assumpto locum
Episcopo, gradum ascendit, eo videlicet pacto, vixit
quidem aedificationis instrumenta colligeret, Episcopus
verò ad utilitatem barbarorum bene prolata interpres-
do transfunderet. Cœpit ergo verbum facere de
creaturarum, & Adæ peccatum, pro quo depulsi est de
paradiso, commemorare. Transiens inde ad diluuium, Pa-
triarcharum consequenter tempora perstrinxit & ad
Egressum quoque filiorum Israel de Ægypto, & transitum
per mare rubrum, legisque lationem per Moysen & ce-
lestis alimenti miracula replicauit. Regum deinde succes-
siones, & tempora Prophetarum breuiter attingens, ad-
uentus Domini tempus reuertit. Baptismum etiam Sal-
uatoris, & mirabilium eius gloriam commemorans, eor-
um ignominiam cum impiis insectationum generibus ve-
raci relatione subiunxit. Hæc audientes Ecclesie patres
cum populi multitudine lacrymas fuderunt vberis-
mas, & ad inuicem dixerunt: verè Spiritus sanctus locutus
est hodie per os viri istius. Ille verò prædicationem per-
xit vsq; ad Resurrectionem Christi, & in commemoratione
gen-

generalis iudicii terminavit. Omnes ergo qui aderant, a-
 lacri mentis exultatione repleti, benedicebant Dominum,
 & ad sua cum gaudio remeabant. Doctor itaque venerabilis
 maachus apud Joannem Episcopum septem diebus,
 inter multa salutifera consolationis verba, haec saepius in-
 culcavit: Quem Deus elegit, homo non despiciet. *Haec*
VValafridus: cui Harsmannus S. Galli doctissimus pariter & re-
ligiosissimus Monachus vitio vertit, quod totam orationem S. Gal-
li historiae suae non inseruerit; ut fecit S. Notkerus, cognomeno
Babulus, eiusdem Monasterii Monachus, & Magni Othonis nepos,
qui vitam S. Galli ligata & soluta oratione tribus libris complexus
est. Porro nobile hoc & eximium antiquitatis mona-
 ventum misit ad nos ex S. Gallo R. P. Iodocus Metz-
 lerus, eiusdem Monasterii professor, & S. S. Cano-
 num Doctor, cui vna mecum lectores
 gratias debent.



SER-

SERMOS ANCTI GALLI

Confessoris Domini, habitus Con-
stantia.

Sempiternus & inestimabilis Deus, cum coeterna sibi seipsum
hoc est, Filio sempiterno, & charitate sibi, & filio suo coeterno
piterna id est, Spiritu sancto, absq; vllai inchoationis, vltimo
poris mutabilitate, vel locorum, vel ministeriorum indigentia, semper
in semetipso beata & immortalis maiestate subsistens. Neque enim
tamen sine congruo sibi seruatorum obsequio solitarius manifeste
randus est, cum manifestissime dicat Apostolus: *Elegit nos in Christo*
ante constitutionem mundi, praedestinatione scilicet aeterna, non crea-
tione temporaria, sed vocatione gratuita, vel indebita gratia. Sed et
semper omnia futura in sua bonitate, & maxime sanctorum Angelo-
rum, & hominum societatem, praesentialiter contuendo quasi facti
disponit, aliquando etiam praesentem & praedestinatam immobili
consilio creaturam, ad se laudandum, & ex se, & in se, & per se beate
viuendum omnipotentissimo dignatus est officio creare de nihilo, &
super caelestia quidem beatis spiritibus habitaculum fecit: terram vero
futuris hominibus preparauit. Quorum creationis causam nos
nos conuenit, fratres Christianissimi, ne viles vos & abiectos arbitra-
tes, pecudum conuersatione dignitatem vestram nullificetis.

Deus summè bonus, benevolentia plenus, inuidia carens, ma-
litiae nescius, spiritus Angelicos exemplo sui rationabiles creare dis-
posuit, vt ipsum Dominum, suae cognoscentes originis auctore, ab-
lectionis eius pinguedine referti, in ipso delectarentur esse beati. Sed et
do illis aliqui nòdum de eius dulcedine degustata, se ipsos sibi esse prin-
cipium, & caput, vitamq; & suauitatem, cursu temerario & stultissimo
persuadere sibi praesumerent, intus inanes & vacui, superbiaq; pondere
pragruati, de tranquillissimo caelorum habitaculo, in huius aeris te-
pestuosam turbulentiã, vsq; in diem generalis, & sempiterni iudicii, re-
pentino sunt casu detrusi. Sed immutabilis benignissimi creatoris vo-
luntas praesinitum beatissimi coetus numerum supplere disponens,
numa-

humanum genus in eorum locum substituit. Quos hoies ratione peditos, præceptis instructos, minis coercitos, proprio dereliquit arbitrio, ut imitatione Dei praua & iniuqua contemnerent, ac recta & æqua retinere curarent. Impius autem homicida satanas, qui nec sibi metipsum pepercit, tantum à Deo terrigenis honorem collatum perdolens, casum, quo ipse superbus perit, incautus & fallacia nescius inuidus persuasit, ut videlicet non creatorem sempiternum pro Deo venerari: sed creaturam temporalem, hoc est, seipsum sibi pro diis habere delectatione mortifera eosentiret. Quod maximum & inanisimum peccatum tanta flagitia & facinora, vel etiam crimina sunt subsecuta, ut iustitia diuina mundum, quem omnimodo decorauit ornatu, cum humano genere, quod eidem regedo præfecit, aquis diluuii delere decreuerit: Et faceret, nisi multa malitiam nostram, eius immensa bonitas superaret.

Erigo nec tanta scelera inulta dereliquit, nec tamen creaturam bene conditam penitus consumpsit. Ex omnibus hominibus, vno delecto iusto, per cuius prouidentiam, imò suam admonitionem, talis quædam archa constructeretur, in qua ipse cum domo sua, & reliqua creatura ad resuscitandum semen competente, in supremis licet periculis se quasi defuncti mundi superstitem remanere miraretur. Cumque post totius anni penè circulum præfago nomine Noë nuncupatum, quasi consolatorem tantæ, licet iustissimæ vindictæ, de claustris illius ergastulo creator miseratus eduxisset, & ipsum cum prole sua, & seminarium cunctæ creaturæ noua benedictione ditauit. Iamque renascentibus filiis Adam, reuixit & superbia dudum in radice damnata, adeo ut Lutei mortales luteo & bitumine turrim construere molirentur, de cuius cacumine sidereum & immortale habitaculum, Deo possessore inuito possent inuadere. Cuius tam inuicti (ut stolidis videbatur) machinamenti conspirationem tam facile omnipotentissima sapientia dissipauit, ut linguis omnium confusione diuersissima, vel similitudine dissimillima disparatis, nullus consanguinei, vel fratris sui linguam intelligere posset. Et idcirco vniuersi per regiones & loca varia disiecti, ut terris & loquela diuisi, ita & religione, vel potius furore dispersi, & alii quidem cælestem naturam hominum ministeriis, Deo autore prouisam, diuino cultu & seruitute venerati sunt. Alii verò mortuis hominibus, simulacra facientes, malignos spiritus assidentes eis, quasi tutores & fautores animæ, vel corporis viuorum, licet iuste mortalium demen-

tes colere cœperunt. Sed adhuc indefessa pietas immortali
 verâ Deitatis creaturam benigne conditam, non usquam: sua no-
 seratione priuatam dispulit, sed de medio idololatricæ deitatum ges-
 tium Abraham patrem futurorum fideliùm, ad se, verum & vi-
 Deum cognoscendum de celo vocauit.

Qui incomparabili plenius obedientia diuino parens impo-
 exiit de terra & cognatione sua, nesciens adhuc quò ire deberet, quo
 modo Dei iussione expleret. Qua de re huiusmodi desuper ce-
 cepit oraculum, quod & terram peregrinationis suæ in postitum
 esset accepturus: quod factum est in Iudæis de carne eius, meriti p-
 pagine descendentibus: & quod in semine ipsius benedicerentur om-
 nes gentes. Quod in nobis ipsis per Christum, ex eius semine, esse
 dum carnem, procreatum per Virginem, completum esse gaudent.
 Huius igitur fidei in præputio comprobata quasi quoddam signum
 eidem patri Abraham circumcissionis impo-uit signum. Qu-
 tam diu gentem de eius femore propagatam oportuit inligari, ut
 nec ille veniret, qui omnes in se credentes ab omni peccato, & cir-
 cissionis iniuria sua passione redimeret. Cum autem populus de illa
 non modicus exortus, causa famis de terra Canaan, quam in colenda
 terram ingrederentur Egypti, quo Deus vnum de pronepotibus eius
 causa multorum salutis, direxit, per cuius prouidentiam manus p-
 nē totus, alimentorum penuria periclitatus, aliquatenus conserua-
 tur; & iuxta ritum gentis illius milleformia cepissent monstra ve-
 nerari, durissimis etiam operibus premerentur ab Egyptiis, reueren-
 tus Deus fidei, probitatisq; Patrum, direxit ad eos seruum suum Moysen,
 qui per multa signa & plagas intolerabiles, domitis Egyptiis De-
 populum ad terram, Patriarchæ Abraham dudum promissam, aucto-
 ducatu directus introduceret. Cumq; de terra illa progressi intero-
 ram rubri maris, & vastissimam solitudinem fessi conuulsi essent. In
 Egyptiorum damno seruitutis amissa stimulatus, congregato exercitu,
 iunctisq; curribus, eos ita quasi pisces in gurgustio conclusit. Quo-
 bus ad Deum verum leuantibus vocem, aquæ maris huc atq; illuc di-
 uisa, iter siccum viantibus præbuerunt. Quod cernentes cultores sum-
 arum, & caniformis Anubis, Neptunum iam superuacue placandum
 sibi putabant, sic yndis in partes diuisis. Omnes igitur sequentes ve-
 stigia commeantium, extremo suorum baratrum ingressi, non uisum
 que plebis Dei ad naturale litus transgressi, ita sunt montibus aque-
 rum inuoluti, ut nullus remaneret, qui factum, domi res dentibus re-
 ferre potuisset.

Cum autem expēsa, quas de Aegypto secum tulerant, Hebraeis defecissent (quod nomen populo Dei idcirco impositum est quia transierant de gente in gentem, & de regno ad populum alterum) dedit eis Deus panem vel carnes de caelo, aquam verò vel amarā dulcorauit, vel non habitam de petra produxit, & sic eos per desertum quadraginta annos ad terram promissionis circumduxit, donec defuissent idololatriam, de qua erant educti, & quam vbiunque venirent, erant inuenturi, à qua, sicut & de cæteris malis, de cælis illos cauere monuit, & ad se cognoscendum, vel alia bona & iusta sectanda, diligenter instructos, tandem in terram, pollicitationis suæ memor, miseratus introduxit. Et vt pridem rubrum mare, ita modo Iordanem fluiuium nauigabilem sicis pedibus transmeare præcepit & fecit. Dumque adhuc, qui hæc mirabilia viderunt, superstitēs in carne vixerunt, notitia & cultus veræ Deitatis & diuinæ veritatis incontaminata perseuerauit. Illis verò ad patres suos repositis, filii de carne ipsorum propagati, non fidei bonum imitati, sed circumpositarum gentium simulacra colendo, sunt in præcipitium idololatriæ deuoluti. Pro quo scelere dati sunt in manus inimicorū suorum, circumcirca vel longè positurum. Et cum aliquando pressi iustissimè, p preces ad Deū patrum suorum fuissent reuersi, suscitauit illis aliquem de fratribus eorum, qui eis & saluator contra hostes, & ad concordiam inuicem retinendam iudex idoneus existeret. Cumque multo tempore in fluctuarent, id est, vt cum aliquando illis prosperitas arrideret, ad uenerationes idolorum defluerent: Quam verò tempestas persecutionum immineret, ad Deum verum, ad tutissimum portum, omni adnisi, redire conarentur,

Tandem dedit illis Regem, nomine Dauid, qui & à finitimarum gentium incursionibus defenderet, & timorem Dei, cuius ipse plenissimus erat, & iuxta nomen suum, Manu fortis, continuis retineret habenis. Post cuius mortem, cum propter peccatum filiorum eius, non amplius de duodecim tribubus filiorum Israel (quod nomen patri eorum, & ipsis idcirco impositum est, quia visione sua Deus eundem dignaretur) quàm duæ tantum, Benjamin scilicet & Iuda, à qua & Iudæi sunt appellati, posteris Dauid cum paucis Sacerdotibus & Leuitis adhererent, (quo nomine omnes diuino ministerio mancipandi, à patre suo Leui sunt nuncupati) Reliquæ verò decem, vel potius vndecim tribus per Regem vnà subuersorem suum Hieroboam nuncupatum, & pessimā ipsius progeniem ad immunditiam idololatriæ

fecerunt à gloria sua, Deo scilicet sempiterno, immensissima detra-
 recesserunt. Qui & tradidit eos in manus inimicorum suorum, eos
 subiecti, idola, sunt etiam qui nolent adorare compelli. Sed
 liffimi David propagatio ad infidelitatis malum non post
 temporis aberrauit, adeo vt & ipsi Reges & Sacerdotes, negle-
 us veri Dei cultu, Saturnos, Iunones, turpissimumq; Priapum in
 Hierusalem, quam ciuitatem cum templo in sanctificationem
 legit, acti furore, venerentur. Propter quod competenti
 one impiè derelictus ab eis, iustè dereliquit eos Deus, in po-
 paganorum vt impletur, quod eis antea comminabatur. Sicut
 uisus Dñs alienis in terra uestra, sic seruietis diis alienis in terra
 uestra, qui non dabunt uobis requiem.

Sed & tunc non oblitus Fidei Abraham, & David, aliquot
 pro reliquiis, in terra sua retinuit, templumq; suum in Hierusalem
 tempus aliquantulum conseruauit, donec peccatis eorum em-
 centibus, etiam ipsum cum ciuibus & ciuitate mereretur incedere
 neq; tunc eos usq; quaq; diuina deseruit clementia, quin imò de-
 lis & ruinis urbis euerse quosdam reueruauit, quibus apertissimè
 pheticum illud conueniret: Facti estis quasi torris de incendio
 tus, & nec sic rediis ad me, dicit Dominus. Quod quidem
 eis, quos in terra sua residere fecit, completum cognouimus, v-
 cata peccatis addentes, & se mutua cæde vastantes uictima necesse
 vt sibi uidebatur, compulsi, in Egyptum quasi referuauit, con-
 tra uetium diuini oraculi, uerè trucidandi cõfugissent. Qui uerè
 ge; qui superbiam eorum Dei uoluntate domuerat in captiuitate
 longinquam fuissent abducti, ibi ad Deum Patrum suorum ex
 corde conuersi, ita tribulationis igne decocti sunt, vt nec igne
 riali ab ipsius possent amore diuelli.

Tandem ergo misericors & miserator Dominus tam graui-
 rum labores miseratus, Regum adeo animos, qui eosdem in op-
 tuitate tenuerunt, ad indulgentiam & relaxationem uoluntate
 illorum permutauit, vt de publicis redditibus & arariis, plurimum
 pendendi præciperent, in aduinculum ad terram suam reuertere
 templum Dei in ea demum restaurandi. Sed heu! pro dolor, u-
 Dei uel ceremonias, in quantum à finitimis, imò commixtis ho-
 bus impediri non poterant, sedulo curassent obtinere; quod
 vnquam uel excogitare potuisset, repentino casu Rex nefandissimus
 Græcorum, utputa, præuius & præco malignissimi Antiochus,

HOC LIBRUM
 TOM. IV
 27

ita oppressit, vt non nisi manu cœlestis Imperatoris se vlllo modo vlti-
rius crederent alleuari. Qui & tanto miraculo ab immanissimorum
diuersissimorum atq; innumerabilium aduersariorū eos impetu libe-
rauit, vt paucissimi de Iudæis plurimis eorum interfectis, reliquis, qui
manere poterant, non parum incuterent vbiunque terroris. At
cum illi, qui talibus flagellis eruditi, Dominum patrum suorum me-
tuere nosset diuersis casibus absumpti, morte sua muadam reli-
quissent orbatum, & propter peccata in seculo remanentium. Pri-
mum viles personæ de successoribus eorum populo Dei præficeren-
tur: Postea verò & ipsi alienigenis miserentur, vel potius seruitutis
eius iugo subiicerentur, necessarium erat, vt ipsa diuina sapientia,
per quam cuncta sunt facta, reficiendo generi humano per seipsam
consulere dignaretur.

Sed quia in sua incomprehensibili maiestate, natura illa diui-
na ab infirmis, & mortalibus comprehendi non poterat, mira pietatis
dispensatione procurauit, vt nostræ infirmitatis mortali, manente
tamen incommutabilitatis suæ potentia conformata, de incorrupta
Virginis vtero nasceretur, & consueto nobis more vsq; ad iuueniles
annos ætate & incrementis, gratia verò & sapientia singulari perue-
niret. Nec tamen cum carne sua Deitas illius esset obumbrata, per
totum potuit humanis mentibus abscondi, his duntaxat, qui cum co-
gnitum suscipere voluissent. Quando & in hora Natiuitatis illius
Angelus Domini cum magna claritate pastoribus gentis ipsius appa-
ruit, & ortum eius omnibus gentibus profuturum nunciauit, in quæ
verba eidem Angelo multitudo cœlestis militiæ occiuit. Sed & ipsa
hora in remotioribus Orientis partibus sapientissimis, & astrorum
gnaris hominibus noua stella inopinatò apparens, eos ad ortum no-
ni Regis attraxit. Nec non & quadagesimo natiuitatis eius die, cum
eum ad templum Dei, pro solenni eius gentis consuetudine, Mater
Virgo præsentandum deferret, ibidem à sanctis hominibus mundi
Saluator est agnitus, & ab eis cæteris fidelibus nuntiatas,

Duodecimo quoq; ætatis anno cum in eodem templo parenti-
bus remaneret ignaris, videlicet æstimantibus inter cognatos & no-
tos eum secessisse de vrbe, sed eo non inuento, regrederentur ad
templum, & ibi eum post triduum in medio Doctorum sapientif-
simè se agentem reperissent, interrogante Matre, cur eam do-
lentem reliquisset: respondit: in his, quæ Patris mei sunt, oportet
me esse: vtique insinuans templum non minus ad se, quàm ad

Deum patrem pertinere. Trigesimo verò, ex quo inter homines conuersari cœpit, anno ad Baptistam seruuli sui properauit, ut scilicet sequacibus suis exemplum tribueret, ne quis ab infirmitate sua baptizari contemneret, quando ipsum Dominum & suum famuli sui manibus baptizatum meminisset. sed quia non qua sui necessitate, sed humilitatis propagandæ gratia voluit qua lauari; Ecce Deus pater cum voce de celo data, conuoluitur dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit sum audite. Et Spiritus sanctus, cuius iam & opere conceptus ad declarandam sanctitatis eius innocentiam, in columbe lingue specie descendit.

Ita ergo CHRISTVS homo glorificatus & confortatus ad patrem cum diabolo conferendum, quadraginta dierum ieiunium tenuit, abiit in desertum. Quibus expletis, calidissimas aduersariis quibus, ut creditur, humani corporis gestibus, aut habitu, illum de re perentiscens, & idcirco hominem eum tantum esse reputans, propter vitam innocenter actam super homines formidans, ipsum illum aggreditur, ut si quidem esuriam suam pane de lapide factum ipse suadebat, consolari potuisset, diuina in eo potentia deprenderet ab ei⁹ iniuriis & insectationibus quiescisset, si in tanta necessitate seipsum recreare quiescisset, puro tamen homine componeretur non minus eum sibi, quam ceteros mortalium obnoxium conderaret. Sed admirabilis Magister pietatis, ita veritas eius conuoluitur ut nec in panes lapidibus permutatis, diuinitatis in eo deprehenderet insignia, nec impossibilitate confessa, ad nostra animarum firma. Dicens, quod vita rationalis animæ non tantum in materiali consistat alimento, sed in omni verbo, quod procedit de ore DEI.

In hoc ergo conflictu certior factus, quam ante fuerat, diabolus per ostentationem inanis gloriæ, qua plurimum delictorum mortalium mentes agnouerat, diuinitatem Christi se explorare se putabat. Assumpto eo, & super fastigia cellissimi templi positus, ut inde si filius Dei esset, se precipite daret, & non lederetur. Ad quod delator inuicem huiusmodi tepauit eloquium, ut nec filium Dei se negaret, nec diaboli suasionibus consentiendum esse doceret, dicens: quia mentis non esset, ut quisquam Dominum & Deum suum tentare posset. Igitur & in hoc elisus certamine inimicus, per auxilium

qua mundum se peremisse gaudebat, & Christum sibi subiugare non diffidens, ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, eo pacto, vt si pro his accipendis ipsum prostratus adoraret, talibus ab eo donatus abiret. Quam immanissimam blasphemiam magister humilitatis exhorrescens, turbida indignatione monstrum nefandissimum à se repulit, dicens: Religiosi cordis esse, Dominum Deum adorare, & illi soli seruire. Cuius vi fulminis attonitus aduersarius, & ab eo recessit vsque ad tempus. Victoriosissimum verò Regis nostri triumphum admirantes angeli, debitis eum venerati sunt obsequiis.

His ergo ita peractis, Christus Dominus ad homines regressus, secundum scripturam, operatus est salutem in medio terræ: Cæcis visum restituens, surdis auditum, mutis loquelam, leprosis emundationem, mancis opificia, daemoniacis mentem, paralyticis vigorem, claudis gressum, & mille sine nomine morbis omnimodâ impertiens medelam. Quin & sequentum quatuor millia de septem panibus, & paucissimis piscibus saturauit. Aliquando verò de quinque panibus & duobus piscibus ita quinque millia virorum, excepta mulierum & paruulorum immensa numerositate, repleuit, vt de fragmentis reliquarum, quæ de his pauculis rebus, inter manus & dentes conuiuantium succreuerant, duodecim corbes ad testimonium tanti miraculi farcirentur. Mare quoque siccis pedibus ambulauit, & foetentes mortuos de sepulchro sulcituauit, & ad conuiuium vocatur, aquas in vina mutauit. Et super hæc omnia, Pater de cælo, quondam, discipulis audientibus, interdum verò turbis infinitis astantibus, pariter & auscultantibus, eum filium suum commendauit, & se illum iam elarificasse, & adhuc clarificaturum promississe.

De doctrina verò eius quis aliquid dignè commemoret? cum & discipulis suis talia mandata proponeret, quæ vix aut nequaquam humana possibilitas, nisi valida Dei ipsius adiuta vel attracta posset exequi, & omni sexui vel conditioni tam leuia, & ita salubria ipsa monita intimare curaret, vt nullus omninò, nisi multum ignarus, & per omnia diuina gratia vel protectione indignus, à regno Dei debeat excludi. Denique ipsis Apostolis, & eorum sequacibus ita bonum virginitatis arripendum persuasit, vt hoc scirent non humanæ industriae, sed muneris esse diuini. Abrenuntiationem quoque omnium facultatum & affectionum sic eisdem aggrediendam intimauit, vt se cognoscerent & in hoc seculo multa plura, quam reliquerant, accepturos, & in futuro vitam æternam possessuros, & in die magni iudicii cū

iplo iudices esse vêturos. Ceteros autem fideles docuit, vt in hunc mundum mansuetudine, pace, misericordia, iustitia vel patientia Deos sibi sibi regnum Dei, persecutiones etiã improborum, si ita necessarium haberet, sustinendo acquirere nõ lassarentur. In cõmune autem cõceptum dedit, ne fratribus nati conuictorũ maledicta in excelsis larentur, vel his occasionib⁹ non amputatis, ad homicidia libenter. Et ne q̄s vxorem pximi sui impuro contueretur oculo, & idcirco singulari posset adulterio, & ne temere iurare præsumeret, ne forte periret, nec quisquam obliuiscatur aduersario suo resistere, & in deum solum animã, sed & corporis periculum, incurreret.

Porro autẽ pfectioris vitæ cupidus, & regni cœlorũ auisus, in mundanã tatem & contemptũ terrenorũ indixit, vt tamen nequaquam hanc defutura confiderent, cũ ceteros Christianos his abundantes tunc illorũ accenderet obsequiũ, vt quicunq; illorũ hæc suis pauperibus ministraret, ipsi Christo & Deo Patri se impendere non dubitaret. Ipsi autem Dei cultores, & de generis nobilitate gloriantes, Hypocritarum genimina viperarũ nũcupauit. Ipsos quoq; sacerdotes, qui pietatis nomine p̄tendebant, & maliciã in corde contegebant, cœcitas mentis, & cœcorũ duces redarguit, & multũ conuenienti cõparatione ipse Christus dealbatis assimiles deuicit, q̄ à foris quidẽ apparent homines pulchra, intus verò plena sunt omni spurcicia. Nec nõ & Phariseos sibi iusti videbatur, & aspernantes ceteros, penitentia peccatorũ non perire noluerunt, ita confutauit, vt seipsum diceret ideo renatis, non iustos, sed peccatores & perditos inquireret, & saluos faceret. Et sic verum Dei filium, nõ solum attestacione signorum, & incomparabili sapientia manifestauit, sed etiam prophetis literis, ac inuictissimã legationibus approbavit, sed increduli Iudæi quotiens in Sancherib⁹ Deum contemnere non timuerunt, nec ab vnico filio eius multas suas machinamenta continuerunt, iniuriis eum lacessentes & maledictis: insuper & lapidibus eum insectantes. Cũ ergo incorrigibilis eos peruideret, cum discipulis suis secedens ab eis seorsum, ruinam inferorum iam iamq; incumbere, sed & mundi totius finem non longe post futurum renunciauit: & se pro salute generis humani cito crucis patibulum subiturum, & die tertia se resurrecturum esse prophetauit.

Interea gens impia vnum de discipulis iam dudum avaritiã motus corruptum, promissa pecunia, ad prodicionem Magistrũ & Domini sui protrahere curauerat: dum ille diabolo plenus, & iam vltimo

micis eum tradere paratus esset. Captata igitur opportunitate quādo sine turbis, quæ illum frequentissimè sequi solebant, ita ab aduersariis capi, ligari, trahi que potuisset, ut euadendi vel defendendi facultas ei, sicut illis videbatur, non esset. Post orationem quam valdè prolixam pro salute nostra Dei Patri profudit, obuiam persecutoribus suis processit, & quem quærerent, interrogauit. Qui cum se Iesum (quod nomen eius erat propitium) quærere dixissent, & ille se esse responderet, iterum atque iterum retroacti abierunt, & ceciderunt in terram. Sed qui ad hoc venerat, ut passione sua nos ab aeterna damnatione liberaret, tandem aliquando, maiestatis suæ potentia ad tempus abscondita, in potestatem furentium se spontè permisit, ut indebita morte sua nos ab omnibus debitis peccatis absolueret. Captum ergo & ligatum impii ministri ad Tribunal Pilati præsidis perduxerunt, quod gentem illorum subuerteret, & tributa Cæsari dare prohiberet, & Christum regem se esse diceret, & idcirco Iudex ipse, si amicus Cæsaris esse voluisset, talem viuere in sui condemnatione capitis permittere non deberet. Tum ille necessitate compulsus, dedit illum militibus suis, ad illudendum. Qui irrisoria veste, veluti qui Regium sibi nomen usurpare præsumeret, induens: Et corona spinea pro diademate coronatum, quin & arundine pro sceptro imperiali dexteram completum, spumis in faciem illius proiectis, & colaphis alapisque creberrimis, ferulisque cadentibus eum iniuriantes, & regis nomine salutantes: insuper & singulorum nomina prodere velatum postulantes, quasi vile mancipium (ut interim Dei filium taceam) maximum Prophetam, & tantorum effectorem signorum, sapientissimumque virum turpissimè tractare studuerunt, & ita illudum, imò castigatum, & ut apertius quidem dicam, mortificatum præfecto suo iterato illum præsentauerunt.

proprium.

Iudæi verò nec dum tātis eius iniuriis saturati, petierunt præsidem, ut eum crucifigi præciperet. Quod cum ille sapius abnueret, dicens: in eo se nihil dignum morte inuenire. Tunc impia gens, & cunctis abominanda, tali maledicto se damnauit, ut imprecarentur, sanguinem eius venire super se & super filios suos, adiicientes quæ ipsi legem haberent, & ille secundum legem deberet mori, qui se Dei filium præsumptuosè faceret, sed ne verbo quidem simplici diceret, nisi eo modo, ut ipsi ex operibus, quæ in nomine Patris sui faciebat, metirentur, aut coniectarent, utrum tantorum mirabilium operator, filius Dei dici & credi merito deberet. His igitur præses tremefactus, & maximè propter illud cōstrictus, quod quasi maximum & intolerabile sibi metuebat obiectum; Si hunc dimit-

dimittis, non es amicus Cæsaris, adiudicauit fieri petitionem eorum.
 Tunc imposuerunt ei crucem, quam ad locum usque portauit, sed tamē quasi honorātes & compatiētes ei, quē tam indignum perimere satagerunt, coegerunt quendam alienigenam crucem post illum. Et cū venisset ad locum, qui Caluarie dicebatur, quod ibidem ad mortem condemnati truncari solebant, Christi Dominum crucifigentes; vt ex hoc turpissima mors redderetur, vni latrones vnum à dextris, alterum suspenderunt à sinistris, & verbis irridere gaudebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluare. Vnus etiam de latronibus simili bacchatus infania dicitur, & ait: Si tu es filius Dei, saluum fac teipsum & nos: alter verò, cuius illuminare dignatus est mentem, ad cognoscendam veritatem sententem, increpabat socium, & obsecrauit Dominum pendente suimet in regno suo meminisse dignaretur. Cuius credulam mentem & os confitens Christus approbans, eodem die secum in paradysum spondit affuturum. Dum hæc creator à creatura quam nonabilem condidit, pertulisset: irrationabilia & insensibilia macula eius nutu conterrita, defectum sui mortalibus minabantur. Cuius sol in tenebras sit conuersus, & terra mota, & petra scissa, & montes aperta, & rerum natura turbata, quæ iniuriæ Dei ferre non potestinebat. Post hæc verò cū omnia reliqua, quæ fieri oportuerat, essent impleta, vt consummaretur Scriptura, quod aceto potaturo esset: sitire se dixit, & cū accepisset acetum, & suum spiritum in manus patris commendasset, dixit: Consummatum est, & sic in elucato capite tradidit spiritum, & honorificè sepultus ab amicis, cautissime custoditus à custodibus, metuētibz videlicet, ne die tertia, sicut antea dixit, resurgere potuisset.

Sed angelus cælo veniens, milites sepulchrum euigilantes custodientes, mortuorum instar stupefactos reddidit, & postmodum recreato animo & spiritu, testes gloriosæ resurrectionis eius effecit. Porro interim cū ipsi iacerent, vt exanimis, pias cum aromatis eius *corrumpēdi corporis visitatrices idem angelus *gratanter aduersus, nec timerent hortatus est. Et quia Dominus Iesus Christus de uictō mortis imperio resurrexit, certo patefecit iudicio, & vt locum viderent, vbi positus erat Dominus admonuit. Quo cū intrarent viderunt duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, quondam ibi quiescentis, & modò resurgentis inde autem æternæ vitæ. Cumque paucifactæ cepissent egredi, auferere corpus

*f. conyendi
 *forti gan-
 denier,*

tes, occurrit eis ipse Dominus benignissimè, salutatas ad discipulos suos deuictæ mortis nuntias destinauit. Et eodem die Petro specialiter apparuit. Qui & duobus ambulatibus, & de sermocinantibus cõuuiator effectus, de scripturis asseruit, quia sic oporteret Christum pati, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam. A quibus etiam inuitatus ad cœnam in fractione panis est agnitus, cum ob cœcitatē cordis prius videretur ignotus.

Serò quoq; cùm factum esset, ipsa die apparuit Apostolis suis, & eis gaudia pacis mandans insufflauit, & dixit: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Ad confirmanda quinetiam corda dubitantium, qui se putarent, spiritum potius videre quàm corpus, ostendit eis manus & pedes recentissimæ passionis signa retinentes, vt indubiè resurrectionis eius fierent idonei testes. Sed illis adhuc non credentibus & mirantibus præ gaudio, vt per effectum commessionis veritas patefceret carnis, interrogauit, si haberent aliquid ad manducandum. Cùmque obtulissent ei partem piscis assi, & fauim mellis, manducans coram illis, reliquias dedit eis, & commemorauit hæc eis esse verba, quæ ante passionem suam prædixerat, quomodo necesse est sua mortis imperium dissolui, & in sua resurrectionis agnitione penitentiam & remissionem peccatorum, cunctis gentibus prædicari, nec non & ipsos adhuc gloriosissima Spiritus sancti missione roborari promissit. Nec tamē ita instructos, & tali pmissione consolatos mox abscisso corporali discedere voluit, sed per quadraginta dies in vniuersis argumentis eos visitauit. Nunc foribus clausis, in medio eorum consistere, nunc verò per totam noctē frustra in piscando laborantibus, ipse flans in litore multitudine piscium rete eorum compleuerat, & inter prædandum beato Petro post clauēs regni cœlorū, ac retentiones relaxationesque peccatorum, ouium suarum curam præcepit, & quia pro earundem cura ouium crucem subiturus esset intimauit. Deinde in motē quendam sequutos in fide solidauit, & præcepit, vt irēt docere omnes gentes, & baptizare eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: docentes seruare omnia quæcunque ipse mandauerat illis, & ait illis: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur.

Et quia irritatores Dei & increduli Iudæi, & gentes Idololatriæ dediti signis erant ad fidem nutriendi, dedit Apostolis suis virtutem super omnia dæmonia, & vt languores curarent, cœcos illuminarent,

leprosos mundarent, ipsos & mortuos resuscitarent, & perirent
 vt annuntiarent regnum Dei appropinquare. Et quia cunctis
 bus & linguis nouam hanc doctrinam predicare debuerunt, ut
 eis diuersarum linguarum agnitionem. Quin etiam ipse & con-
 dem fidei sequacibus multo maiora promisit & concessit, ut
 plurimarum linguarum hominibus in vna loquerentur & com-
 telligerentur, & vmbra illorum transeuntium infirmi sanarentur.
 sudariis vel cingulorum fimbriis nequam spiritus fugerent, ut
 cum hæc in alia regione, hoc est, in Galilæa, vel ante passionem
 post resurrectionem suam discipulis edidisset, vt in vicinia eius
 alta cœli conscenderet, vbi crucis ignominiam paulò ante factam
 ipso quoque nomine dispensationem incarnationis, passionis, resur-
 rectionis, ascensionis in cœlum fidelibus aperiret, Bethaniam, quæ
 domus obedientiæ dicitur, vnde cœlos peteret, cum Apostolus
 sit, doctore gentium, quid hæc significant, exponente: Iesus Christus
 factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter
 quod & Deus illum exaltauit. Cumque illum, qui conuenerant
 rogarent, si dies iudicii & manifestatio regni Dei iam imminere
 dicebat: non esse illorum, vel cuiusquam mortalium; sed ne ipsi
 quidem Angelorum, nosse tempora & momenta, quæ Patris
 in sua potestate, potiusque in ciuitate Hierusalem aduentum
 Spiritus eis expectare præcipiebat. Quo spiritu roborati, cœlestis
 sent primum in eadem vrbe, deinde in tota Iudæa & Samaria, ad
 streum verò, vsque ad vltimum terræ. Et his præmissis, eleuatis
 nis suis benedixit illis, & cunctis nihilominus opinantibus
 pennis columba: in corruptibile corpus suum librauit ad cœlum. Quæ
 ius rei mox duo Angeli, hoc est, quia cœlum penetraret adfirmato-
 res adstiterunt, & quia in eadem specie, qua assumptus est ad
 iudicandos viuos & mortuos venturus esset, dixerunt. Tunc vultu
 dominatore cœli præceptum erat, Hierusalem ingressi, sancti Spiritus
 aduentum suspensum præstolabantur. Qui decima post hæc die
 nit, & scientiæ perfectione illos edocuit, & linguarum varietate docuit,
 uit, & aduersus rabiem perfidorum roborauit. Congruentibus autem
 signis ostensis, sono videlicet flatu vehementis, & linguis igneis, quæ
 ius autoritate confortati, resurrectionem Domini nostri Iesu Christi
 fti autoritate prophetica comprobantes mille Iudeorum eodem die
 ad fidem conuertuntur. Et in sequentibus aliquot millia. Quædam
 verò turbam Sacerdotum obedire fidei persuaserunt.

Interea verò dum omnia supra dicta fierent, dimisit dominus omnes gentes ingredi vias suas, & diuersissimorum errorum opinionibus impleri, ita vt quidam solem & lunam & stellas ministeria videlicet humanis vibus attributa diuinis honoribus celebrarent. Alii verò maiore dementia capti, non solum aurum & argentum, sed & ligna & lapides, quadrupedia, serpensia seu volatilia & ipsa terra virentia, p Deo autore venerantur. Tandem ergò pius creator omnium, quando & nos ipsos ad inuentionem & pessimorum actuum nostrorum pigere deberet, ac tædere, direxit ad nos Apostolos suos, qui docerent nos ab his vanis conuerti ad Deum verum & verum: & expectare filium eius de caelis, & in perceptione Spiritus sancti, quem in Christo regenerati perceperimus, remissionem peccatorum consequi nos crederemus.

Huius igitur legationis nos indigni nostris temporibus vicè gerentes, obsecramus p Christo, vt sicut quòdam in baptismo, ita semper abrenunciatis diabolo, & omnibus operibus eius, & omnib⁹ pompis eius, & cognoscatis vnū verū Deū Patrē semper in celo regnātem, & sempiternam sapientiā eius in tempore p nobis incarnatā, & sanctū Spiritum aeternā pign⁹ salutis in hac vobis peregrinatione cōcessum, atq; ita viuere curetis, sicut Dei filios decere cognouistis, deuitantes Gulæ concupiscentiam, & ebrietatis insaniam, fornicationis immunditiam, auaritiæ idololatriā, iræ vefaniam, tristitiæ nebulam, tædii rancorem, inuidiæ rubiginem, inflationis inanitatē, superbiæ subuersionem, & nullus cui libet Christiano furtum aut homicidiū, vel conuictum cōferre, aut falsam testimonium de qualicumque crimine psumat inurere, sed sitis inuicem benigni, & donantes vobismetipsis, sicut Deus donauit vobis peccata vestra. Et delicta praterita pœnitentiæ remediis, vel eleemosynarum largitate redimentes, imminentiā cum Dei adiutorio p̄cauere studeatis. Scientes & diem generalis iudicii iam iamque proximare, & incertam singulis exitus sui horam impendere. Et quidem magni iudicii nouissima dies, cunctis est mortalibus expauescenda, vt puta in qua nihil incorrectum absque p̄ternali pœna remanebit inultum.

Sed non minus cunctis sapientibus quotidianum Dei iudicium formidandum est, quo & quosdam probandos dispensatoriè reliquit in mundo ad temp⁹, quosdā verò his iuste condēnatos obliuiscitur in perpetuum. Alios quoq; diu iacentes in criminib⁹ manu misericordiæ suæ leuat: Alios autem de peracta iustitia p̄sumentes scēdē quondam passioni concedit: hos verò quocunq; verberare cōercitos

vsque in finem ab omni prorsus scelerum labe custodit. Quocirca
his Dei iudiciis vnicuique in hac vita metuendum est, vt in futuro
iudicio ab omni metu peccatum & mortis absolui mereatur. Deo
omnipotens, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem
veritatis venire, qui hæc per ministerium linguæ nostræ, aurore
stræ fraternitatis infudit, ipse per gratiam suam eadem in cordibus

stris fructificare faciat, cooperante Domino nostro Iesu

Christo, & Spiritu paraclito bene-
dictus Deus in secula.

Amen.

FINIS.



HOLZSCH
S
27